



Occasionalia 11-181  
potissimum carmina  
vol. ~~inf~~ 21. ~~6/21~~

Centur. quinque.

11-181

Aug VI 181

Cum

**V I R***MAGNIFICUS, SUMME REVERENDUS, nec non DOCTISSIMUS,***DOMINUS****IOANNES  
ANDREAS  
GLEICHIUS,***Potentissimi Sarmatarum Regis, & Elec-  
toris Saxoniae Theologus & Ecclesiastes Aulæ  
Senior longe meritissimus,*

Jussu

**Clementissimi****PATRIS PATRIÆ,***Proto-Synedrii Regio-Electoralis, quod Dresdæ  
est, Consiliarius renunciaretur,**&  
Die XVIII. Septembr. A. M DCC XXIL  
ritu solenni inauguraretur,**Viro de puriore doctrina & orbe literario immorta-  
liter merito, Patrono suo ad cineres usqve devenerando,  
de insigni Honorum accessione,**ca qua par est observantia,  
gratulabatur,**M. Christophorus Fridericus Dieterici, Rada-Saxo,  
S. S. Ministerii Candidatus.*

---

*DRESDÆ, Excudebat JOH. CONR. STÖSELIUS, Typogr. Aulic.*



Vid juvat toto coluisse Musas  
Corde? quid doctis studuisse rebus?  
Quidque lassato maduisse tota  
Membra liquore?

Sic satur vitæ, studii & laborum  
Turba conatu loquitur profano,  
Pectus obdurat, retrahitque dextram  
Rebus ab actis.

Frangito, pergit, calamos Thalia,  
Scindito libros, Clio s̄epe tritos,  
Atque tu Euterpe cohibeto doctæ  
Flumina venæ!

Non suum constat pretium misellis  
Artibus, frigent faciles Camænæ,  
Principum doctos favor abnegatus

Impedit ausus!

Ite confusæ, procul ite mentes!  
Ite mordaces procul ite curæ!  
Stat suus Musis honor atque dignæ  
Præmia laudi.

Vivit AUGUSTUS FRIDERICUS, ingens  
Saxonum Princeps, statuens honorem  
Dulcibus Musis, bonus & benignæ  
Mentis Alumnus.

Dresden, Herzogliche Hof- und Stadtbibliothek, Tafel 2v

Ille qui tanquam Columnen ruentis  
Forte doctrinæ, mora qui malorum  
Tuta fatorum, bona literatis  
Secula præstat.

Ille tum multum meritum palæstra  
De sacra vidit, celebratqve visum  
GLEICHIU M, ad plures voluit probatum  
Tollere honores.

Hunc Sacro, dixit, jubeo Senatu  
Excipi, & dignis sociabo Consis,  
Qui fide multa regionis hujus  
Sacra gubernant.

Namque felicis, docilisque Virtus  
IngenI, magnum bene judicandi  
Indolis robur, memorisque clara  
Semina mentis,

Integræ vitæ bona fama constans,  
Numinis summi timor, & vel ipsa  
Saxa moturum os, demanda toto in  
Corpore forma,

Atque quas porro enumerare nolo,  
Nec queo, dotes, referant honoris  
Altiorum arcem, faciuntqve celsis  
Sedibus aptum.

*Jussui huic pleno placidi favoris  
Omnis applaudit populus, Deoque  
Gratias dicit, pariterque Regi  
Ore soluto.*

*His ego verbis sociabo verba,  
His ego votis sociabo vota,  
Vota, devotis geminabo semper  
Denique votis.*

*Vivat extento diurna vivat  
Seculo virtus Tua, Sancte GLEICHI,  
Donec in celso veneranda sanctis  
Lucet olymbo!*

*Te dies & nox, & hiems & astas,  
Ver & autumnus, properique menses,  
Et leves horæ benedictione  
Divite cingant.*

*Sic habet firmum Columen piorum  
Cætus, & certum Domus ampla fulcrum,  
Sic Cohors sacris operata Patrem,  
Præsidiumque.*

*Ergo jam mecum modulante plectro  
Prosperam GLEICHI celebrate sortem  
Nunc enim nostris meliora rebus  
Fata favebunt.*

\* \* \*

Uing II 181

bond

VD 17



Cum

**V I R***MAGNIFICUS, SUMME REVERENDUS, nec non DOCTISSIMUS,***DOMINUS****IOANNES  
ANDREAS  
GLEICHS,***Potentissimi Sarmatarum  
ctoris Saxoniae Theologus  
Senior longe m*

Jussu

**Clement****PATRIS P***Proto-Synedrii Regio-Electus  
est, Consiliarius re*&  
Die XVIII. Septembr. A.  
ritu solenni inaug.*Viro de puriore doctrina &  
liter merito, Patrono suo ad cine  
de insigni Honorum a*ca qva par est observa  
gratulabatur,**M. Christophorus Fridericus**

S.S. Ministerii Candi

DRESDAE, Excudebat JOH. CONR. ST

